







9873

AD

1786, 11.  
No: 1081.

LEGEM XII. TABB  
HOMINEM MORTVVM  
IN VRBE NE SEPELITO NEVE VRITO

---

RENVNCIATIONEM  
MAGISTRO RV M  
PHILOSOPHIAE ET LIBB. ARTT

D. II. MART. MDCCLXXXVI

SOLEMNI RITV INSTITVENDAM

INDICIT

DECANVS  
IO. GEORGIVS ECCIVS



AD

LEGEM XII. TABB.

HOMINEM MORITVVM  
IN ARBE NE SEPULTO NEVE VITO

RENVNCIATIONEM

MAGISTRO RVM

PHILOSOPHIAE ET LIBERALIT.

D. II. MART. MDCCXXXVI

SOLENNI RITV INSTITVENDAM

INDICE

DECANVS

NO. GEORGIVS FCGIVS





**H**umandorum cadaverum humanorum rationem, apud tot tamque varias terrarum orbis gentes, ipsam quoque variam et multiplicem esse ac fuisse, nemini qui est in veterum et recentiorum litteris versatus, incognitum est. Huius diuersitatis causas, facile quisque intelligit, postas esse partim in eo, quod aliorum populorum est alia opinio de religione, de animo et corpore humano, de mortis natura et animi statu post mortem; partim in eo, quod apud alios alii sunt animorum habitus et mores, magis aut minus duri aut molles, crudeles aut mansueti, rudes aut doctrina exculti. De ipsis ritibus, in sepultura mortuorum apud varias gentes adhibitis, nihil dicemus, quum eos talium rerum curiosi apud itinerariorum et antiquitatum scriptores facillime reperire possint. De locis autem sepulturae idoneis iustas et graues ob causas nuper admodum in multis regionibus atque urbibus et medici, et alii viri docti disputare coeperunt. Vt vnum et alterum duntaxat exemplum commemoremus, Imperator Iosephus II. nuper omnem sepulturam in templis Vindobonensibus sapientissima lege vetuit; et Russorum Augusta iam antea in toto imperio interdixit, ne in templis mortui sepelirentur. Quo magis dolendum est, media in Germania, et in eius cultissima parte, Saxonia, veterem in templis sepeliendi morem adhuc dominari, et opinionum falsarum commenta neque tot exterorum exemplis, neque sanioris philosophiae praeceptis eliminari posse: ita ut sacrorum publicorum contentoribus adhuc praebetur speciosus titulus, quem negligentiae suae praeferant, quod templa nostra, tot cadaverum foetentium vaporibus repleta, maxime insalubria sint, et ipsorum noceant sanitati. Erit igitur a nostro Professoris Politices munere haudquaquam alienum, si hac oblata scribendi occasione ita utemur, ut primo ex idoneis historiarum monumentis quam brevissimae narremus, quibus in lo-



cis varii maximeque cultiores populi mortuos suos sepelierint; deinde ostendamus, vnde apud Christianos haec stulta et noxia confuetudo in templis humandi extiterit: si forte hac opella aliquid ad eam apud nos infirmendam ac debilitandam conferre possimus.

Iudaei, vt scimus testimonio librorum sacrorum, sepeliebant suos mortuos sub arboribus, in speluncis, omninoque abditis in locis. <sup>a)</sup> Illos imitantur etiamnum Arabes et Perlae, qui idem faciunt in hortis et altis in montibus. <sup>b)</sup> Quid apud Turcas obtineat, refert GEORGIEVIZ libro de moribus Turcarum: <sup>c)</sup> *Vbi quis moritur de Musulmannis masculus, masculi funus curant; si femina, feminae. Abluunt cadaver, ac linteis nitidissimis induunt: postea efferunt extra urbem in locum aliquem: nefas enim est in templis sepelire.*

Etiam veterum Graecorum pars maxima non intra vrbes habebat sepulcra, sed in agris iuxta vias. Solonis quidem lege prohibitum erat, ne intra urbem sepelirentur. <sup>d)</sup> Et apud CICERONEM Seruius Sulpicius, narrata caede Marcelli, negat se ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem vt darent, impetrare potuisse, quod religione se dicerent impediri. <sup>e)</sup> Hoc idem Corinthii fecerunt PAVSANIA teste. <sup>f)</sup> Apud Sicyonios, vt auctor est PLVTARCHVS, <sup>g)</sup> lex humari quemquam intra vrbis muros vetabat. Idem obtinuisset apud Smyrnaeos et Syracusanos, CICERO non obscure tra-

<sup>a)</sup> Gen. XXIII. 19. Matth. XXVII. 60. LVNDII Iüdische Heiligthümer, p. 269. Conf. 10. DAV. MICHAELIS Erklärung der Begräbnis- und Auferstehungsgeschichte Christi nach den vier Euangelisten. S. 49. vbi dicit: *Aus Reisebeschreibungen ist bekannt, daß in dem felsenichten Palästina die Gräber häufig als Grotten in den Fels hinein gearbeitet sind, so daß sie auch wohl nachher Eremiten oder Räubern zur Wohnung haben dienen können.*

<sup>b)</sup> NIEBVHR Reisebeschreibung nach Arabien. DE LA ROQUE Voyage en Syrie. c. 23. JEAN CHAR-

DIN Voyage en Perse, T. II. p. 104. SONNERAT in der neuesten Reise nach Ostindien, dicit: *Sie haben ihre Begräbnisse ausser den Städten, weil die Grabstätten den Ort verunreinigen. Jeder Stamm hat seine eigenen Grabstätten, welche sich allemal am Ufer des Meeres, eines Flusses oder Teiches befinden.*

<sup>c)</sup> p. 36.

<sup>d)</sup> Conf. CIC. de Legg. II. 23 seq. LIV. XXXI. 24.

<sup>e)</sup> Epist. ad div. III. 12.

<sup>f)</sup> L. II. de sol. et iud. c. 1.

<sup>g)</sup> in vita Arati



tradit. <sup>b)</sup>) PLATO sepulera fieri iubet non in agris tantum, sed in agris, qui sint steriles et coli non possint: vt, quae sine detrimento viuorum recipit mortuos, ea potissimum terra, compleatur; quae autem terra fruges ferre, et vt mater cibos suppeditare possit, eam vetat mortuorum corporibus occupari. <sup>i)</sup>) Spartani quidem, quos Lyeurgus etiam hac re volebat a ceteris Graecis differre, mortuos in ipsis vrbibus et prope Deorum aedes humabant: vt Laconica iuuentus assuesceret mortem non metuere aut horrere. <sup>k)</sup>) Tarentini etiam, cum oraculo didicissent, beatiorese sese fore, si cum pluribus habitarent, intra urbem mortuos suos recondere coeperunt. <sup>l)</sup>)

Romani antiquissimis temporibus mortuos intra urbem, et quidem fere in ipsis aedibus sepeliebant. <sup>m)</sup>) Hinc Lares, quos domesticos vocant Deos, coli coepisse a Romanis, plarimi tradunt. Sed postea legibus XII tabularum <sup>n)</sup>) illud vetitum est his verbis: *Homonem mortuum endo vrbes ne sepeliod, neive vritod*: h. e. *Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neue vrito*. Quam legem temporis lapsu exoletam, Duillius Consul restituit: post cuius tempora mos ille diligenter seruatus est, etiam sub Imperatoribus primis. Deinde cum negligi coepisset, Hadrianus Imperator poenam statuit XXXX aureorum in eos, qui in ciuitate sepelissent, et in magistratus eandem, qui passi essent. <sup>o)</sup>) Etiam Antoninus Pius, VI TRIVLIO CAPITOLINO <sup>p)</sup>) relatum est, vetuit mortuos intra vrbes sepeliri. Intra ambitum ergo murorum humari corpus mortui cuiusquam, leges vetabant: quas tamen postea abrogauit Leo Imperator, et vniuscuiusque arbitrio permisit, extra vrbes muros, an intra sepelire mortuum vellet. <sup>q)</sup>) Extra urbem vero loca sepulchris destinata duplicia erant, priuata et publica. Priuata erant, quae in suo quisque horto atque agro sepulchrae assigna-

A 3 rat.

h) pro Flacco et Tuscui. V.

i) de Legg. XII. et *cic. de Legg.* II. 27.

k) PLVTARCH. in Lycurgo.

l) POLYB. L. VIII.

m) Seruius ad Virgil. Aen. V. 61.

et VI. 152. Montfauc. Ant. expl. T. V. L. I. c. 7.

n) tabulae X. lege tertia, *de* v) VLPPIANVS in L. 3. §. 5. D. de sepulchro viol.

p) in Antonino Pio. c. 12.

q) v. eius Nouell. LIII. §. 1. I. P.



rat. Qui fundum viae publicae proximum habebant, in ea potissimum illius parte sepulcra condebant, quae viam spectabat, siue ut iter facientibus innotescerent, siue, quemadmodum putat VARRO,<sup>r)</sup> diligentissimus antiquitatis inuestigator, ut praetereuntes admonerent mortui, et se fuisse, et illos esse mortales. Hinc solennes formulae, quibus viatores in epitaphiis solent compellari: *Siste viator: Viator adsta: Adspice viator:* et similes. Eiusmodi sepulcra et monumenta exstruebantur secundum vias militares, easque celebriores, ut erat Appia, Aurelia, Flaminia, Latina<sup>s)</sup> cet. Ita Pomponium Atticum iuxta viam Appiam sepultum esse CORNELIVS NEPOS in vita eius tradit.

Accedimus iam ad veteres Christianos. Hi quoque suorum cadauera extra urbem humabant. Sic Petri et Pauli monumentum in via Ostiensis exstans a multis commemoratur.<sup>t)</sup> PRUDENTIVS<sup>u)</sup> inter sepulcra Petri et Pauli, quae magnifico iam cultu ornata erant eius aetate, medium Tiberim fluere ait, cuius dextra regio teneret Petrum aureis tectis receptum; in sinistra parte via Ostiensis titulum Pauli seruaret. Atque omnino veteres auctores de sepulcris ac monumentis martyrum semper, tanquam extra urbem constitutis, loquuntur. Ita sepulcrum Cypriani esse dicitur in via Mappaliensi; Sixti in coemeterio Calixti in via Appia; et Laurentii, in crypta viae Tiburtinae. CHRYSOSTOMVS in homiliis de martyribus loquitur de egressione ex urbibus in agros ad martyrum monumenta. Idem: *Τὰ νεκρὰ σώματα*, inquit, *ἔξω τῆς πόλεως καταθάπτομεν.*<sup>v)</sup> Et alibi: *ἴδεις τὰφος ἐν πόλει κατασκευάζεται.*<sup>w)</sup> Quomodo igitur, inquiet aliquis, factum est, ut cum Christiani constanter hunc in mortuis humanis morem obseruarent, denique tamen ille contrarius inualuerit, mortuorum intra moenia, atque etiam intra ipsa templa sepeliendorum? Hoc, iam sequitur, ut breuiter pro insituti ratione doceamus.

Primam

r) Lib. V. de ling. lat. p. 53. ed. Steph.

s) IUVENAL. Sat. I. 170. V. 55.

t) ARINGHI Roma subterranea. T. I. L. II. c. 5.

u) Peristephan. Hymn. XII. 29 et 45.

v) in exposit. Psalmi V. Tom. V. Oper. ed. Montf. p. 36.

w) T. VII. Homil. 73. in Math. p. 711.



Primam cadauerum intra templa humandorum occasionem dedif-  
 fe hoc videtur, quod super sepulcris martyrum in agris templa aedifi-  
 cauerunt, et sacras eorum reliquias in illa transtulerunt. AVGVSTI-  
 NVS, Hipponensis praeful, consuetudinem hanc sepeliendorum mor-  
 tuorum in templis et prope martyrum monumenta, vfitatam iam ante  
 sua tempora fuisse docet libro de cura pro mortuis. \*) Et quanquam  
 initio Christianos haud ita frequenter fuorum cineres atque ossa ipsis  
 templis et basilicis intulisse credibile est: mox tamen, aucta supersti-  
 tione, quum homines crederent animam defuncti, qui esset intra  
 templum sepultus, magnum inde fructum percipere, tanto plures  
 id studere coeperunt, vt eiusmodi sepulturam ipsi quoque post mor-  
 tem consequerentur. Ac Reges quidem, et Episcopos, et templo-  
 rum conditores, aliosque primariae dignitatis viros, talem sepultu-  
 ram facillime impetrasse, quis dubitabit? Sic Constantinum M.  
 Constantinopoli sepultum in vestibulo templi Apostolorum scri-  
 bit EYSEBIVS y) et CHRYSOSTOMVS. z) Honorius Imp. Romae  
 in templo S. Petri humatus legitur. Ambrosius, Mediolanensi-  
 um Episcopus, in basilica quam exstruxerat, sepulturam sibi elegit.  
 Sed paulatim vsque adeo inualuit hic mos inferendi templis cada-  
 vera, vt legibus coercendus esset. Iam Gratianus, Valentinianus  
 et Theodosius Imp. in templo quenquam sepeliri vetuerunt lege  
 quae extat in Cod. Theod. L. 6. de sepulcris violatis, cuius legis  
 pauca verba Tribonianus in Codicem Iustinianum retulit, in L.  
 nempe 2. de sacros. Eccles. *Nemo Apostolorum vel Martyrum sedem  
 humanis* (potius cum Iac. Gothofredo in Commentar. ad cit. L. 6.  
 Cod. Theod. legerem *humandis*, consentientibus Basilicis Lib. V.  
 Tit. 1. Tom. I. p. 158.) *corporibus existimet esse concessam.* Et  
 Carolus M. expressis verbis praecepit: *Vt nullus deinceps in Ecclesia  
 mortuum sepeliat.* \*) Alii saltem circa templi muros voluerunt sepe-  
 liri. Ex qua superstitionosa consuetudine origo fluxit coemeteriorum  
 circa templa, omnibus communium. b)

Sed

x) cap. III.

y) de vita Constantini L. III. c.  
 60. 70.

z) Homil. XXVI. in Epist. II. ad  
 Corinth.

a) Capitular. CLIII. Lib. I.

b) AMBROS. Serm. LXXVII.

PAVLLIN. Carm. XV.



Sed has consuetudines omnes valde improbandas esse, quis non videat? Vt enim taceamus, indignum videri locorum sacrorum, atque ipsius religionis maiestate, si aedes, cultui diuino destinatae, ossium humanorum vicinitate foedentur ac profanentur: haec enim pietas fortasse nimia quibusdam ac superstitiosa videatur: illud certe dubium aetate nostra esse amplius non potest, ossium humanorum et cadaverum exhalationibus aërem vicinum corrumpi ac vitari, quae intra eum versentur, eos omnes illius vaporibus noxiis infici, eorumque corpora variorum morborum periculis exponi. Atque hanc causam fuisse, quare sepulturam in urbibus Romani vetuerint, ISIDORVS \*) clare ac diserte his verbis testatur: *Prius quisque, inquit, in domo sua sepeliebatur. Postea vetitum est legibus, ne foetore ipso corpora viuentium contacta inficerentur.* Et recte: nam, vt *SENeca* \*\*) ait, *non defunctorum causa, sed viuorum, inuenta est sepultura, ut corpora et visu et odore foeda amouerentur.* Non temere igitur maxima studii contentione aduersus morem sepeliendi in templis viri doctissimi disputarunt. \*) Cum ante aliquot annos Regi-

c) Orig. Lib. XIII. c. XI.  
d) in excerptis e libris Senecae. edit. Lips. p. 333.

e) E. g. BARTHOL. KECKERMANN in Syst. Polit. Lib. I. c. 13. CASP. ZIEGLER ad Lancelotti institutiones iur. can. L. II. T. 24. §. 1. IO. BRUNNEMANN in iure eccles. L. II. c. 2. §. 12. CHRISTIAN. THOMASIVS in Diss. de iure Priuæ. circa solennia sepult. §. 8., in thesi vlt. Iurisprud. diuinæ adiuncta, aliisque in locis. NIC. HIERON. GÜNDLING in Obseruat. select. ad rem litter. spect. Observ. VI. MART. HASSEN in synopsi scientiæ de prudentia morali vniuersa, p. 490. IVST. HENN. BOEHMER in Diss. de iure erig. coemet. c. II. §. 25. Auctor libri anglie editi: *Churches no Charnel-House*, Lond. 1726. ROSIN.

LENTILIVS in Misc. med. pract. Diss. de mortuorum sepulturis intra moenia non tolerandis. GEORG. DAN. COSCHWIZ in Diss. de noxiis ex sepultura in templis facta, oriundis. Halae 1728. CHRISTIAN. GODOFR. HOFMANN in Diss. de coemeteriis ex urbibus tollendis. Francf. ad Viadr. 1729. MICH. ALBERTI in Diss. de sepulcrorum salubri translatione extra urbem. Halae 1743. ANT. GVIL. PLAZ in Diss. de mortuis curandis. Lips. 1770. MAT. THAEVS FRANC. ALIX in Diss. de noxiâ mortuorum intra sacras aedes urbiumque muros sepultura. Erford. 1773. I. HABERMANN in Diss. de salubri sepultura. Vindob. 1772. ABRAH. PERRENOT in Fasc. Exercitat. Diss. de prohibenda in vrbis et templis sepultura. Gronin.



men Electorale Moguntinum ordinis medicorum in litterarum Vni-  
 versitate Moguntina sententiam super hac re exquisiuit, is dedit  
 responsum, quod publici iuris fecit SCHLOEZERVS, <sup>f)</sup> in quo re-  
 sponso haec inter alia leguntur: *Es ist auffer allem Zweifel, und alle  
 Aerzte sind durch Beweise überzeugt, das die faulen Ausdünstungen  
 aus den Gräbern den gesunden Menschen nicht allein schädlich sind,  
 sondern das die Fäulniß aller Körper aus dem Thierreiche aashaft,  
 und die gefährlichste sey etc. In den Kirchen und eingeschlossenen  
 Kreuzgängen ist meistens wenig Sonne und wenig Luft: die faulen Aus-*

ningae 1775. P. A. LAMPE in  
 Dissl. de noxis ex sepultura in templis.  
 Argent. 1776. 108. IAC. PLENK  
 in Elementis Med. forens. p. 169.  
 10. FRIDER. GMELIN in f. Bache  
 Ueber die neuern Entdeckungen in der  
 Lehre von der Luft und deren Anwen-  
 dung auf die Arzneykunst. Berol. 1784.  
 p. 167 seqq. IVST. MOESER in f.  
 Vorschlag, wie die Kirchhöfe aus der  
 Stadt zu bringen. in der Berlin. Mo-  
 natschrift. Febr. 1784. 10. THEOD.  
 PVL in Magazin für die gerichtliche  
 Arzneykunde und medicin. Policey. II.  
 332. FRIDER. GEDICKE in f. Ab-  
 handlung über die Begräbnisse in den  
 Kirchen, in der Berlin. Monatschr.  
 Jan. 1785. aliique. Gedicci verba  
 quaedam lubet adseribere: Man  
 sollte glauben, es sey auch dem ein-  
 zigsten Menschen begrifflich zu machen,  
 das es eine Ungereimtheit sey, das so-  
 genannte Gotteshaus zu einer Todten-  
 gruft zu machen, seys nun, das man  
 die Leichen unmittelbar in den Fußbo-  
 den der Kirche verscharret, oder diese  
 mit Gewölben untermindert, oder wohl  
 gar mit den Stützen der Gemeine paral-  
 lel eigne Zimmer in der Kirche zur  
 Aufbewahrung der hier über einander

gerührten Leichen anlegt. Man  
 sollte glauben, der gemeinste Mensch  
 müßte begreifen, wie leicht durch die  
 faulenden Ausdünstungen Krankheiten  
 der gefährlichsten Art verursacht, und  
 schnell und epidemisch verbreitet wer-  
 den können, wovon man nur zu häufige  
 Beispiele hat; und das es widersin-  
 nig sey dem Todten für baare Bezah-  
 lung das Privilegium zu tödten zu ge-  
 ben. Aber der Kampf gegen Gewohn-  
 heit, Eitelkeit und religiöse Vorurthei-  
 le, die hier verbunden streiten, ist  
 schwerer als Herkules Kampf gegen die  
 hundertköpfige Hydra. — Der Ver-  
 lust der Kircheneinkünfte ist doch wirk-  
 lich nur der einzige Einwurf, den man  
 dem Vorbot der Kirchenbegräbnisse mit  
 einigem Anschein entgegen setzen kann.  
 Man könnte fragen: Sollen denn unsre  
 Kirchen wie Vespasian denken: Lu-  
 cri bonus odor ex re qualibet. —  
 Die Ausführung hat ihre Schwierigkei-  
 ten. Aber Heil und Segen dem, der,  
 wo es auf Leben und Gesundheit seiner  
 Mitbürger ankommt, sich durch keine  
 Schwierigkeit zurückschrecken läßt.

f) Saars-Anzeigen, I. B. 2. Hofe.  
 S. 201.

B



Ausdünstungen sind darin eingeschlossen, häufen sich an, und diese Gebäude sind feucht. Die schädlichste Fäulnis ist die, aus welcher die Luft feucht ist und stagnirt. Daher mag es auch seyn, das verschiedene Menschen in dergleichen Kirchen ohnmächtig werden und diese hernach verabscheuen. Um diesen den Tempel Gottes und was nächst um ihn ist entheiligenden Mißbrauch fortzuschaffen etc. — wäre es allerdings erforderlich, das alle Todte, sie seyn wer sie wollen, ausser der Stadt begraben würden. Idem legitur in der deutschen Encyclopädie, oder allgemeinem Real - Wörterbuch aller Künste und Wissenschaften. III. B. Art. Begräbnisse: Die Begräbnisse so noch hier und da in den Kirchen üblich, sind ein Mißbrauch, den eine gute Policey durchaus abschaffen muß. Nichts ist gewisser, als das die Ausdünstungen verwesender Menschen den Lebenden nachtheilig sind, und diese in den Kirchen eingeschlossene Luft etwas Pestilenzialisches besitze: warum will man denn dieses Gift, diese sinkenden Ausdünstungen, die Lebenden verschlucken lassen? Selbst die Kirchhöfe oder Gottesäcker sind keineswegs in den Städten zu dulden, sondern vor der Stadt an schickliche Oerter anzulegen, denn die Erde ist überall des Herrn. — Ita LUTHERVM quoque fenestre, patet ex eius kurzem Unterrichts, wie man sich in Sterbenläuften auch der Seelen halben schicken soll? <sup>g)</sup> vbi inter alia dicit: Mein Rath wäre das Begräbnis hinaus vor die Stadt zu machen. <sup>h)</sup>

Nec desunt in ipsis regionibus nostris exempla, quae verant esse illam physicorum et medicorum obseruationem, luculenter doceant. Etenim haud procul ab vrbe Lipsia, anno huius seculi LXVIII. media aestate sepultus erat nobilis quidam in templo, cuius ipse fuerat patronus. Die dominica, quae proxime sequebatur, femina quae-

g) in Tom. XXII Operum. edit. Lipl. p. 334.

h) Sunt notatu digna quae refert Annalium Norimbergensium scriptor, IO. MÜLLNERVS: Im Jahr 1520. wurden die Begräbnisse in der Stadt gar abgestellt, weil solches nicht allein in Sterbenläuften und sonst den lebenden

Menschen schädlich ist, sondern auch Kaiser Maximilian, als er zu Nürnberg gewesen, solches mehrmals hoch geahndet, und sich darüber enffetzet, das man den Vnlust der Begräbnisse und Verstorbenen in einer solchen Stadt dulde, und dem Rath befohlen Bier- in Aenderung und Vorschung zu thun.



quaedam, quum in illo templo cultus diuinus celebraretur, super isto sepulcro sedens, concidit subito sopita. Vehementer igitur optandum est, vt omnes magistratus, etiam apud nos, perspecta rei necessitate ac magnitudine, opus quam primum aggrediantur, superstitionis morientium desiderijs, prope loca cultui diuino sacra post mortem iacere volentium, se fortiter opponant, medicorum ac physicorum peritissimorum experientiae credant, consilijs obsequantur, praeceptis sese accommodent, denique sapientissimorum principum et magistratuum exempla imitentur, qui profecto non mortuorum cadauera ex vrbibus asportanda iudicassent, nisi ex his argumentis liquido intellexissent, viuentium saluti se ita melius consulturos esse. <sup>1)</sup>

Atque his quidem indicere placuit panegyrim anniuersariam, in qua solempni ritu Candidati doctissimi, qui egregios, quos in litteris humanioribus ac philosophia fecerunt profectus, Ordini nostro approbarunt, Magistri creabuntur. Eorum nomina haec sunt:

FRIDERICVS GVILIELMVS STVRZ

*Erbisdorfo - Misnicus*

IOHANNES ANDREAS WIENER

*Lipsiensis*

B 2

CHRI.

1) Inter haec exempla inprimis est memorabile clerici cuiusdam ecclesiae romano - catholicae addicti, et quidem primarii, quod refert IO. CHRIST. FRID. SCHERF, im Archiv der medicinischen Policey. III. 281. his verbis: Der Erzbischof von Florenz hat zu Gunsten der neuen Verordnung, vermüge welcher in Zukunft das Begraben in den Kirchen untersagt wird, einen Hirtenbrief herausgegeben, worinn er sich auf die Gewohnheit der Vorwelt bezieht, die Todten an von den Wohnungen entfernten, luftigen und einzig zu diesem Gebrauch gewidmeten Orten, zu begraben. Er beweist auch sehr einleuchtend, daß der eingerissene Mißbrauch, die Todten in die Kirchen zu begraben, sowohl der Ehrfurcht, die wir der Gottheit schuldig sind, als auch der Gesundheit der Menschen entgegen ist.



XII

CHRISTIANVS FRIDERICVS GEISLER

*Keuschberga - Misnicus*

CHRISTIANVS FRIDERICVS RÜDIGER

*Lipfienfis*

IOHANNES LEONARDVS FISCHER

*Culmbaco - Francus*

RENATVS GOTTHELF LOEBEL

*Thalwitio - Misnicus*

CAROLVS GODOFREDVS BAVER

*Lipfienfis*

IOHANNES AVGVSTVS OTTO GEHLER

*Lipfienfis*

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

IOHANNES GODOFREDVS BORN

*Fremdiswalda - Misnicus.*

DANIEL GOTTLIEB QVANDT

*Lipfienfis*

THEOPHILVS SIEGFRIED SOHR

*Grimmenfis*

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

IOHAN.



IOHANNES CAROLVS BOETTGER

*Zittavia - Lusatus*

IOHANNES BALTHASAR KÜSTNER

*Lipfensis*

IOHANNES FRIDERICVS THEODORVS ROLLE

*Luccaia - Misnicus*

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

ADAMVS CHRISTOPHORVS MÜLLER

*Schleusinga - Francus*

PASTOR ECCLESIAE ROTHENKIRCHENSIS IN VARISCIS

Hi quidem deinceps priuatim creati, tabulisque publice propositis, Magistri declarati, nunc tantum renunciabuntur. Creantur autem more antiquo:

GOTTLOB AVGVSTVS LECHLA

*Greifendorfo - Misnicus*

IOHANNES GEORGIUS CHRISTIANVS  
HOEPFNER

*Lipfensis*

CHRISTOPHORVS GVILIELMVS FRANKE

*Lipfensis*



CAROLVS FRIDERICVS ROSENZWEIG

*Lipſienſis*

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS

IOHANNES FRIDERICVS DEGENKOLB

*Dreſdenſis*

GVILIELMVS AVGVSTVS ACKERMANN

*Cizenſis*

IACOBVS LEBERECHT SCHREIBER

*Chemnicenſis*

IOHANNES CHRISTIANVS POEHLER

*Greiza - Variſcus*

GOTTLOB LEBERECHT FRIEDEL

*Boehlerna - Miſnicus*

Haec igitur ſunt nomina Candidatorum noſtrorum, in quibus ſunt qui praeflant genere et moribus et editis ingenii ſpeciminibus. Pa-  
negyrios autem ratio haec erit. Primum ego Candidatos de ſententia  
Collegii mei Liberalium Artium et Philoſophiae *Baccalavros* fa-  
ciam et creabo. Quo facto, Procancellarius Splendidiffimus, Vir Illu-  
ſtris, Excellentiffimus atque Doctiffimus, FRIDERICVS AVGVSTVS  
GVILIELMVS WENK, *Toparcha Beerendorſi, Ser. Pr. Elect. Saxoniae Conſiliarium Aulicum, Hiſtoriarum Profeſſor Publ. Ord.* Fautor  
et Collega meus inprimis colendus, oratione recitata, hos Baccalaureos,  
Philof. et Liberal. A. A. *Licentiatos* faciet, mihiſque, Decano,  
poteflatem dabit, ſummos eis in Philoſophia honores publico ſolemniſque  
ritu conferendi. Praemiſſa igitur oratione *de honorum Academicorum dignitate*,  
*Licentiatos* iubebo recitare ſpecimina



mina sua, obseruatisque omnibus ritibus antiquitus receptis, eos *Artium Magistros et Philosophiae Doctores* faciam et creabo, factos creatosque renunciabo, tribuens illis potestatem docendi, cum omnibus iuribus et priuilegiis, quibus Magistrorum ordo more huius Academiae antiquo uti, frui consueuit.

Rogo autem, et meo et mei Ordinis nomine, RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, ET GRAVISSIMOS VTRIVSQVE REIPVBLICAE PROCERES velint hanc panegyryn praesentia sua condecorare, quoniam haud ignorant, ingenia hominum nulla re magis, quam si magni viri testes adsint, inflammari. Hoc idem etiam a COMMILITONIBVS GENEROSISSIMIS et NOBILISSIMIS expeto, velint huic actui non modo frequentes interesse, sed etiam quum audierint ex me tum causas reuerentiae viris doctis exhibendae, tum Candidatorum nostrorum laudes, aduersus *illos* pietatem suam augere, ad *horum* virtutes ac diligentiam imitandam se componere, spectatisque his praemiis academicis, ad eadem et horum similia decora atque ornamenta eniti.

P. P. in Vniuersitate litterarum et artium Lipsiensi. Dom. Estomihl MDCCLXXXVI.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA KLAVBARTHIA







ULB Halle  
005 483 018

3



vd 18











Farbkarte #13

B.I.G.

9873

1786, 11.  
No: 1081.

AD

LEGEM XII TABB  
HOMINEM MORTVVM  
IN VRBE NE SEPELITO NEVE VRITO

RENVNCIATIONEM  
MAGISTRORVM  
PHILOSOPHIAE ET LIBB. ARTT

D. II. MART. MDCCLXXXVI

SOLEMNI RITV INSTITVENDAM

INDICIT

DECANVS  
IO. GEORGIVS ECCIVS

